

Ecclēsia est vocatus Dei populus: seu, cœtus vocatorum ad regnum Dei & Christi ejus.

2. Utq; vocatio vel largè vel strictè accipitur;
3. & agnitione vocationis populus Dei vel verè vel fictè constituitur,
4. sic & ecclesia largè vel strictè, verè vel falsò ac fictè dici potest,
5. Cum enim *Satanæ* in peccatum lapsus, nulla prorsus gratia & revocatio ad pœnitentiam in remissione peccatorum facta fuerit;
6. sed initio statim ex professo hostis Dei, ut & nomen indicat, ac rebellis sciens volensq; factus,
7. in eadem rebellionē porrò totus permanserit ac relictus fuerit:
8. hominibus contrà, & initio statim promissio salutis per semen contritum caput serpentis, eoq; & vocatio
ad